

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De eodem paterno affectu Superiorum erga subditos. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

*¶ & orantem paci gratiam non afferamus honoratum consuuo. Non respondebat connicis; cum sibi derogaretur orabat. Merito sic expertus est ab vniuerso populo, vt venirent ad eum omnes tribus Israe, dicentes: Ecce nos ossa tua, & caro tua sumus.*

*Confirmantur omnia supradicta aureis monitius Concilij Tridentini, è tam multis viris fundis, & doctis, & expertis, pro reformatione Ecclesie congregatis, sic Superiores Ecclesiasticos alloquuntis: Illud primùm eos admonendos censet, vt se Pafiores, non percussores esse meminerint, aqua ita praefessi subditis oportere, vt non eis dominuntur, sed illos, tanquam filios & fratres (natu militares) diligant: elaborentq., vt hortando, & moniendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint, debitu eos pavio coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab ijs feruanda preceptio; vt illos arguant, obseruent, increpant, in omni honestate, & patientia, cum sepe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam auferat; plus exhortatio, quam communitatio plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem, pugna opus fuerit, tum, cum mansuetudine rigor; cum misericordia iudicium; cum lenitate severitas adhibenda est. Ut sine asperitate disciplina salutario populus, ac necessaria conseruetur: & qui correcti fuerint, emendentur, aut si respicere noluerint, ceteri salubri in eos animaduertionis exemplo, à vitis deterrentur.*

## CAPVT SEPTIMVM.

*De codem paterno affectu Superiorum erga subditos.*

*Décimè, conciliat vel maximè benevolentiam, & opinionem de paterno Superioris erga subditum affectu, si post admonitum, vel etiam si opus fuit, punitum, ita se gerat, ac si oblitus esset præteriorum eius defectuum, nullo proflus prodens indicio, eorum in se memoriam residere. Quid ij non faciunt, qui bis puniendo id ipsum, exprobant postea subditos lapsus præteritos, sive coram ipso, sive coram alijs eos commemorando, & vix sanato vulneri nouum infigendo vulnus. Impedit talis agendi modus sinceritatem in aperiendâ conscientiâ necessitatem. Merito enim timere imperfectus subditus potest, se si nouos manifestet defectus, nouam suppeditaturum materiam, maioris exprobationis & confusionis sui, & quasi noua contra se flagella Superiori oblaturum. Imitandus ergo est hac quoque iu te Dei mos, qui de leitorum per penitentiam peccatorum, se non recordatur amplius, per Prophetam promisit, & projectum in profundum maris omnia peccata nostra.*

*Qua de te sic differit S. Chrysostomus: Cum in vehementem Dei charitatem reuerterimus, non meminimus priorum. Non est sicut homo Deus, nec enim exprobat præterita, neque dicit; quare tantum temporis*

*dilectus sit: Si penitentiam agamus, sed cum accesserimus, diligite, & cum ipsius timore carnis nostras confixerimus. Quid Manasse deterius è Deum tamen propitium habere potuit. Quid Mattheo deterius & constitutus est Apostolus. Quid Paulo miserius: sed constitutus est Evangelij præco. Quot tales alias via videre mutationes? & quandam gelas, & quotidie nunc occurrentes: Propterea dico, neque scimus desperet. Ad illum dictum est: Numquid qui cadit non resurget? Itaque nec Superior desperet de illo, & præteriorum lapsuum, Deum imitatus, non recordetur amplius, nec se meminisse ostendat, & vt dicitur, ne tanquam per traditionem quandam perpetuam, eorum memoriam ad posteriora tempora transfundat. Itaque hac quoque ratione si exhibendo Patrem, experietur in subditis sinceritatem filiale. Reliquit nostris Superioribus huius paternæ benignitatis exempla S.P.*

*N. Ignatius, de quo testis oculatus Ribadencyra hæ scribit: Se ab errore reuocantes aque comple-  
tæbatur, ac suscipiebat, ac si nihil deliquerint, vt pre-  
fensi benevolentia illorum minueret verecundiam, &  
omnem errati memoriam sempiternâ obliuionem dele-  
ret: nec vulneribus modò, sed cicatricibus etiam me-  
deretur. Hoc didicerat à S.P. N. Ignatio P. Ene-  
tardus Mercurianus IV. Societatis nostra Præ-  
positus Generalis, quem ab antiquis & pruden-  
tissimis Patribus Romæ audiri, tantum Socie-  
tati, in eâ gubernandâ, profuisse, quantum pro-  
fuerat ipse B.P.N. Ignatius, solâ Societatis Fun-  
datione exceprâ. Hic ergo inter alia præclara  
monita Superioribus in epistolâ ad eos datâ  
hoc quoque reliquit n.4. Caveat vi ne subditis ot-  
casione prebeat suspicandi, quod de ijs male sentiat,  
aut diffidat, &c. Neque omnium modò, sed imperse-  
ctorum etiam quorunlibet offendet se spem bonam  
concipere futura emendationis, nec se præteriorum esse  
memorem.*

*Vndeclimè, conciliat hoc quoque opinionem paterni affectus & benevolentiam in subditis, si sint persuasi de Superiori, quod aliorum necessitatis vel utilia monita æquo animo ferat, & magis, si ea ipse quoque experat, & querat. Nemo quippe est, inquit S. Gregorius, disertens de  
Prælati, qui ita viuat, vt aliquatenus non delinquat.  
Ille ergo se ipso amplius veritatem desiderat amari, qui  
sibi à nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim  
Petrus increpatum Pauli libenter accepit: Hinc Da-  
nid increpatum subditus humiliter audiuit: quia Re-  
stores boni, dum se priuato diligere amore nesciunt, li-  
bera puritatis verbum, à subditis obsequium humilita-  
tis credunt.*

*Hinc inter monita quæ P. Balthasar Aluarez Vit. c. 23;  
scripta reliquit pro bona gubernatione Superi-  
riorum, & quæ ipse exequebatur, octauum fuit:  
Ut boni consulat quicquid à quounque ipsi dicetur,  
vultu ipso & verbu gratum animum offendendo: nam  
vel hoc solo, qui sunt exulcerati, conquiescent, & ipse  
poterit in multis iauari, & hoc ipsum sufficiat vi ab  
omnibus iuuetur.*

Duodeci-

63.

Duodecimō, multò autem magis Superior sibi subditorum benevolentiam conciliabit, si patienti ferat animo iniurias sibi illatas subditorum. Nam, vt ait S. Chrysostomus, in numeris Prepositus est ad lacrandum: alius cūpat, alius laudat; alius detrahit, alius memoriarū (scilicet in cōcionibus) alius compositionem, (exhortationis, vel concionis, aut consultationis modum) in ius (inuidendo, taxando) trahit: magnāque illi constantia ad ista toleranda opus est. Sed misericordia se exhibeat, subditum non inuacabit, sed irritabit magis contra se; patientia autem suā vincet eum. Nihil mansuetudine violentius, inquit S. Chrysostomus: Non potest ignis igni extingui: sic nec furor furem demulceri, quod igni est aqua, hoc est ira mansuetudo. Exemplum huius mansuetudinis Prælatis necessariae in ferendis aequo animo illatis sibi iniuriis, datum ait à Sponsa S. Bernardus, dom. & mulas suas, à quibus appellata fuit nigra, nigrinem improprietibus, non appellauit filias Babylonis pro earum nequitia, sed filias Hierusalem. Maluit, inquit, ipsas favorabilis demulcerere vocabulo, quia cura fuit ei, infirmarum potius dare operam salutem, quam proprie vltioni. Omnibus quidem optanda est ista perfectio, propriè autem optimorum forma est Prælatorum. Qui cum interdum murmur cuiuspiam anima languentis sibi credite, querule vocis indicio reprehendunt, esti in ipsis usque ad conuicta & contumelias prorumpentes, medicos eis & non Dominos agnoscentes, parant confessim aduersus prenesim animam, non vindictam sed medicinam, ut blando sermone deliniant murmurantes, commotionem sedent, sanent tuorem. Scriptum est enim: Lingua pacifica competit lites.

64.

Exstat huius rei præclarum exemplum in vita S.P.N. Ignatij à Ribadeneyra scriptum: quod & paternum erga contumaces subditos demonstrat Ignatij affectum, & quantoperè Deo sit accepta talis Superiorum patientia. Acerbius, inquit, extixit quidam Pater, impetu quadam animi abruptus in Ignatum, & contumacior: pro quo in Misere orans Ignatius instantius, & magnam vim lacrymarum profundens clamabat ad Dominum: Ignosce Domine: Parce Domine: Cui Dominus: Sime me, ego enim pro te vindictam sumam: Ego, nisi respiseris, vltor exstam. Accidit autem postea, vt ille Pater, in templo quodam, Sanctorum Reliquias aliquando venerabundus intueretur, & inter beatissima offa, quasi hominis aspectum vidiceret, truci vultu flagellum intentans, nisi Ignatio paruisse. Quod ille ipse Ignatius, inquit Ribadeneyra, Ignatius mihi narravit. Eo viso, quāquam homo tumorem comprehesit, animoq[ue] submisit, multa tamen postea magnisq[ue] molestis affectus est, vt verissimum fuisset constare, quod Ignatio à Deo fuerat significatum. Hoc spiritu plenus P. Claudius (non immerito, dum eligendus esset Præpositus Generalis, visus à S. Ignatio Beatissimæ Virgini presentati, & dum iturus esset ad celum, ab eodem S. Patre deducetus) hoc quoque Superioribus Societatis prescripsit: Si subditus

h.15.ep.  
Timoth.h.18. in  
Gen.f.25. in  
Cant.  
Cant.1.Prou.15.  
l.5.a.2.65.  
Indulg.  
c.14.a.2.

murmuret aut conqueratur contra illum, factus relatus homo non audiens, caueat diligentissime, ne aut cum eo, qui detulit, aut cum alio quopiam, ita loquatur, vt ostendat se etiam vulneratum, aut ita rem exaggeret, vt dicat: Hec tolerari non posse: omnino illum scelerē castigandum: non esse tales dignos, qui in Societate retincentur, & huicmodi alia. Sed cum mansuetudine illud potius: Doleo bonum fratrem in hac prorūpisse, praeritam cām Superioris personam teneo; cuperem omnino suspicione has euellere ex ipsis animo: ex passione vebementi ista dixit: compatriot illius infirmitati, cum proserit hec, quia in aliis redundant, & scandalum parunt, aliqui remedio indigent. Oremus pro illo: Videamus quid consilij capendum, sanare eum potius, quam humiliare cupio.

Ita sunt voces paternae. Talibus modis etiam proterea, & durissima corda flexuntur ad amandum Superiorum, etiam antea exsum. Ut enim benè ait B. Laurentius Iustinianus, Frater mandante Domino corripiatur blandè ac dulciter. Nā col. 6 de disc. & perf. mon. conu. c.4. mollibus potius quam duris sermonibus compungitur animus delinquens. Sed dum furias & minas, & secommata, contra se absente vel præsentem dici audiunt, quid mirum, si se ei sincrè in ratione conscientia non aperiant, ne oleo suo incendium Superioris augeant? Si enim ob pauciores defectus agnitos eum experintur alprum, merito possunt metuere acerbiorē eiusdem aperitatem, si plures suos defectus ei aperuerint. Qui enim, vt scribit S. Isidorus Pelufoita, optimā mediocritate vtuntur, iij nec contumeliam inferunt, nec adulantur; sed verborū libertatem ac luentiam pudore, atque obiurgationem suauitate condident; ita denuo ad eos, qui sui ignoratione labrant, curandos veniunt. Idem alio in loco Lamptetio Episcopo scribit: Haud abs re Sapiens monuit: Noli esse nimium iustus. Causas ergo velim, ne in ijs, in quibus alij aduersum te peccant, seuerum & acerbū iudicem te præbeas, verū iustitiam bonitatem vince, ijs nimirū, qui veniā indigna peccata in te admittunt, veniam tribuens.

Porrò P. Claudius in his sitam rebus asperitatem Superioris iudicauit, in primā suā ad Superiores epistola: Asper, inquit, & gravis est Superior, cū nimium credulus primis quibusq[ue] delationibus tenaciter adharet, nec ab ijs se abduci patitur. Asper est, cū quasi omnes transgressiones aequales sint, easdem minoribus quas maioribus penas decernit. Asper est, cū ijs, que solā monitione corrigi possunt, acriora adhibet medicamenta. Asper est etiam, cū loci, & temporis momenta, & opportunitatem expectare nescit: cū errata, que secretā correctione emendanda fuerint, ita palam facit, vt subditum confundat: cū in corrigo iracundia magis agi, quam zelo, & charitate duci se ostendit, verbis, ac gestibus incompositi ac perturbati animi signa exhibens; que non modo nihil conferunt ad consequendum, quod sibi proposuit, sed etiam maximē nocent. Nam cū duo sint, que in subditorum animis, cū castigantur, plurimum valere solent, alterum reverentia, quā erga Superiorē afficiuntur,

## XII. DE CONDITIONIB. BONI SUPERIORIS.

131

tiorum, ex opione de illius virtute ac probitate con-  
ceptio; hac sane opinio debilitetur, necesse est, cum illum  
videns hominem similem alijs, non minus quam alios,  
ad passionem impetus expofitum: alterius persuasio, quā  
seculi creditib; certe minui necesse est, cū qui videri  
Superiore, neque paternè neque amanter secum age-  
ri. Aper denique est, cum omnino is, qui p̄aeſt non  
ostendit se exhortare moueri, & desiderio perfectio-  
ni filiorum, cum reprehensionis auferitatem non tem-  
perat dulcedine ſpiri; quam de illorum emendatione at-  
que profectu preſerat.

Huc quoque spectat Monitum P. Balchacatis  
Aluarez pro Superioribus ſcriptum & ſervatū  
ab illo: In pauci rebus non fit validè ſeuverus, quaſi  
iſe valde effe iuſtus, nec frequens fit in reprehenden-  
do. Si enim gubernatio redditur gravis ac dura, & ex  
frequetatione rileſit, nec ſentitur dum adhibetur.

Porro fatis non erit bono Superiori, ſuorum  
benevolentiam & confidantiam expertenti, paſſiuſ tantū, ut ita dicam, excellere patien-  
tiā, ſed etiam actiū opus eſt, iuxta præclaram  
S. Bernardi doctrinam miſtam Gilberto Epif-  
copo vniuerſali Londoniensi, translato à Clu-  
niacensibus pacatis, ad Rhotomagenses rebel-  
les: Dico inquit, ſufficiebat tibi apud Clu-  
niacensis euſtodi innocentiam: porro apud Rhoto-  
magensis opus eft patientia. Nec ſolum patientem eſſe,  
qui noli runci a malo (talent patientiam appello;  
paſſiuſ) ſed & pacificum, qui vincat in bono ma-  
lum. Alterum, ut malas portes, (patientia paſſiuſ)  
alterum, ut quia ſuſtinet ſane (patientia actiū)  
In patientia tuā, poſides animam tuam: ſed ſi etiam  
pacificus (id eft pacificans rebelles) vt & commiſ-  
ſiſ tibi poſideas. Que tanta gloria, quam dicere poſſe:  
Cum hi, qui oderunt pacem, eram pacificus? Eſto ergo  
paciens, quia eſt cum malis; eſto pacificus, quia p̄aeſt  
malis.

Dicimoterd; Hoc quoque devincit Subdi-  
ctorum animos, ut Superiorum tanquam Pa-  
trem ament, eiisque ſua omnia occultiſima de-  
tegant, dum vident ab eo Subditos, benē de  
Societate meritos, & vitæ religiōſe præclaris  
exemplis reluentes, honorari; (vix mōs fuit S.  
Ignatii) & coram domesticis, & magis coram  
externis.

Hoc monitum dedit S. Bernardus Rainal-  
do, ſuo olim Subdito, poſtē facto Abbati Fu-  
niciensi, cūm pro eius ſolatio & auxilio ſub-  
miffa alium Monachum, ſuo Sp̄itu imbarū:  
Onus meum tibi partitus ſum, ut filio, ut neceſſario, ut  
fidei Coadiutori meo. Vide quonodo te oporteat pa-  
ternam portare ſarcinam, &c. Que ſana ſunt oue:  
ſportari non indigens, ac per hoc nec onus ſunt. Quoſ-  
cumque igitur de tui inuenientia tristes, puſillanimes,  
murmuroſi, ipſorum te Patrem, ipſorum te noueris  
Abbatem, Confolando, exhortando, increpando, agis  
opu tuum, portas ouas tuas, & portando ſanitas, quos  
fanando portas. Si quis verū ita ſanus eſt, ut magis  
inuenit te, quam inueniet a te, huius te non patrem, ſed  
patrem, comitem, non Abbatem agnouit. Quod hic  
ſecundum.

Sanctus doctit, hoc factis ostendit. Quid, ut in  
eius vitâ ſcribitur, in libertate ſpiritus excellenter  
enituit, cum humilitate & mansuetudine: ut quodam-  
modo vidoretur, & vereri neminem, & omnem homi-  
nem reuereri. Hac Pastorali benevolentia plenus  
S. Ambroſius, ad Epifcopatum Mediolanensem  
euectus, cum Romā veniſſet Simplicianus, ri-  
tuum Eccleſiaſticorum peritus, coluit illum Am-  
broſius, ut parentem, & patrem appellare conſuevit  
(grandior enim erat atate) & obſeruauit ut Magi-  
ſtrum. Memor enim erat illius moniti Apoſtoli:

Seniores ne increpaueris, ſed obſerua ut patrem. Pto vita eius  
Obſerua, in Græco eſt παροχάται, quod, inquit col. 12. &  
Nolter Cornelius, tria significat. Primo. Exhorta-  
re, ut veritatis Vatablus. Secundo. Consolare. Tertio.  
Obſerua, ut veritatis noſter. Vult enim Paulus ſenes habe-  
ri, quaſi patres, ut ſe peccent, moneantur quidem ab  
Epifcopo, ſed eā reverentia & lenitate, ut potius eos  
obſeruare, quam admonere videatur. Ita tractabatur

Sacchin.  
P. Paulus Camers S. Xaverio chariſſimus, & 1.4.n.2.4.3.  
eius vices in gubernandā Provinciā Indicā in-  
terdum obiēſt: qui eſi velle eſt ſententiā ſuā regē-  
ri, ac ſi quid prater id fieri erratum putaret (u ni-  
rum ſenum, & maximè quā quaque in re princeps  
fuī, ſeu zelus ſeu morbus eſt) iam praefatio & vale-  
tudine veluti emeritus habeatur, bonitatq; ſua per-  
mittebatur. Talem ego procedendi modum cū  
perfonis ſimilibus diligenter obſeruauit in duobus  
Præpōlitis Generalibus, ac multis Provin-  
cialibus in Italīa, in diuīrō cum ijs per mul-  
tos annos coniūctu. Quod & iſis maiorem  
conciliavit venerationem & amorem, & in  
ſubditis maiorem confidentiam & obedientiam.

68.

Dicimoquarto, hoc etiam Superioribus parit  
Subditorum ſynceram in manifestatione ipſorum  
benevolentiam, ſi ſciant, Superiores agni-  
tis ſuis, in hac vitâ noſtrâ fragilitate, & multa  
rum ignorantie rerum defectibus, vel errori-  
bus in gubernatione commiſſis, eos ingenuè  
facteti, ſi id ſperetur placaturum ſubditum of-  
fenſum. Sic fecit S. Bernardus ſcribens ad Ro-  
bertum Nepotem ſuum. Si tuam culpam agnoſci, epift. 1.  
ignoſco. Ignoſce & tu mihi, vbi meam agnoſco. Quo-  
cirkā Superiori hunc imitari debet Sanctum, &  
vtille ibidem fecit, excuſare nepotis lapsum  
exempli lapsum Davidis Salomonis, Samfo-  
nis, quā minus erubet ſe deliquisse.

Ita ſe gerat Superior, quemadmodum de ſe  
ſcriptum reliquit magnus multorum Superior,  
& Ecclesia Doctor S. Augustinus. Diuersarum h. 2.4. ex  
curarum q̄ſibus at difficultatibus conturbatus, ſi quem  
forē non, vi, poſcebat, auditui; ſi quem triftius, quam  
uifus erat, aſpexi; ſi in quem verbum durius quam o-  
portebat emiſi; ſi quem corde contribulatum, & opis  
indigum reuſponſe incongruā conturbauī: ſi quem  
pauperem, mihi in aliud intento importunus inſiſten-  
tem vel p̄atremiſi, vel diſtuli, vel etiam nutu aſpero  
contriſtaui; ſi qui in ſuā conſcientiā non agnouit,  
quod de illo humanitus ſuſpicatus ſum; vos quibus pro-  
bis

his atque huiusmodi offensis esse me fateor debitorem, simul me vestrum credite debitorem. Nam pullos quos fower sape in angustiis, sed non toto pedi pondere calcar & mater, nec idem desit esse mater. Dimittite vt dimittatur vobis. Dimittite amanti vos, debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita crudelitatis teneare debetis. Ad summum, omnes vos obsecro, commendare Domino curam pro vobis meam. Atque haec verba S. Augustinus publica in concione ad suum populum proferre non erubuit.

Eum adhuc quadam ex parte superauit P. Sebastianus Romae a S. Ignatio Rector Collegij Romani (quod ei usque ad mortem S. Pater regendum commiserat) constitutus, qui morti proximus, inter tria, pro quibus publice, audiendis aliis, Deo egit gratias, unum fuit: quod eriam dum esset Superior, nunquam iuisset cubitum, non placato eo, quem sciret sibi, etiam nullam a se data iusta causa, esse offensum.

## CAPUT OCTAVVM.

*De eodem affectu paterno erga subditos, presertim agrotantes.*

69. **D**ecimoquinto. Hoc quoque vehementer excitat filiale erga Superiores affectum, & ad sinceritatem aperienda omnia, si sciat Superiorum nunquam de suis defectibus quicquam coram aliis locutum, quin potius vel laudantem, vel excusantem res suas: ut è contrario, occcluditur sinceritati aditus, dum scit Superiorum coram aliis vel res suas irrisisse, vel improbabile, vel male interpretatum esse, aut suspicio ne de rebus suis burlata laborare, vel laborasse. Quemadmodum enim sufficio de altero, impedit charitatem erga alterum, ut ait S. Bernardus, & est amicitia venenum, ut inquit S. Augustinus, lib. de amicitia c. 4. & charitatem lacerat, ut scribitu s. Bonaventura, in stim. amor. c. 10. ira cognita alterius de nobis sufficio, etiam in nobis benevolentiam impedit, & facit, ne fidamus suspicionibus laboranti, & non tantum non credamus nos ipsi, eo modo, quo Christus Dominus non credebat se Iudeus, de eo malè persuasis; sed ut nostra omnia illi occulta esse optemus, quod eius sinistras interpretationes effugiamus: quod multò magis accidit, si eius suspiciones ac iudicia nobis contraria, etiam patefacta verbis ab illo, coram aliis, reficiamus. Quod facilissime & saepissime reficitur, in hoc humanæ lingua pruri tu, & facilitate ad reuelanda etiam aliorum secreta. Ideo S. P. N. Ignatius de domesticorum erratis, mirum seruabat silentium, neque si quid admissum esset, ab aliquo minus decenter, cuiquam aperiebat, nisi forte, ut emendaret: & iunc quidem tam modestè ac mansuetè tam existimationi illius, qui peccauerat, animè, ut si unus testis satis esset ad remedium, duos non

l. 5. de Af  
fumpt. &  
l. 44. Par  
uo & in 8.  
ap. 6. sextum.

Ioan. 2.  
24.

70. Rib. 1. 5.  
cap. 6.

adhiberet, nudam q̄ culpam poneret ante oculos, nullā adhibit à contentione, aut reprehensione verborum. Audī ego, inquit Ribadeneyra) ex ipsomet Patre. Confessarium aliquando à se quasitum, ut rnam tantum culpam confiteretur, ea erat, quod erratum cuiusdam, tribus Patribus aperiret, cum duo ad remedium adhibendum sufficient: & tamen ī erat, qui deliquerat, ut uno illo errato diuulgato, nihil ei⁹ existimat⁹ apud tertium illum Patrem ledere. Et ita loquebatur de omnibus, ut singuli bonam de ipsis opinionem illum habere intelligerent, sc̄q; illi corda esse. Non mirum ergo, quod ei omnes sincerissimè se, & omnia sua, tanquam Deo ipsis, nota esse cuperent & aperirent.

71. **D**ecimosexto. Hoc quoque paternum Superioris effectum ostendit, & benevolentiam ac sinceritatem subditi conciliat, si non iniungat iniurias, & iustas ob causas repugnantibus, ardua munia, seu occupationes: sed morem sequatur S. P. N. Ignatius, qui, cum maximè cuperet, ut sui in- Rib. l. 5. differentes essent, & in his rebus, quae ad obedientiam cap. 7. pertinent, neutram in partem mouerentur, explorabat tamen diligenter, acutèq; perspiciebat, quo quemque natura duceret, quam in partem cuiusque propenderet, animus, & ad illius se honesta cupientia, inclinationem accommodabat: cum id intelligeret laboriosum esse, quod natura sit repugnante, neque violentum quicquam esse diuturnum. Itaque in eo sapientie illius splendor erat maximus, quod maximè disjuncta tam artificiose coniungeret: & indifferentiam cum propensione cuiusque copularet. Quod antea sic præscriperat Const. S. Basilius: illud obseruare Antistes debet, ne imponens granioribus, quam quibus sustinendis pareret. Fragmenta corporis vires sunt imperatis, eos, qui ea ferre non possint, ad abiectandam obedientiam per contradictionem instigat: sed perinde, ut verē, ac legitimū Pater, aqua in cunctis benevolus, vires corporis cuiusque considerare, atque ita munera singulis imponere, ac distribuere sortiō debet. Hoc ipsum sic suaderet S. Gregorius Nazianzenus: Præfatus non per vim coercet, sed suasione allicit: nam quod necessitate extorqueatur, præter quam quod tyrannicum est, & improbandum, ne firmum quidem, ac stabile est. Quicquid enim violenter cogitur, non secus, ac planta per vim manib⁹ inflexa atque distracta, similis vi missum factum est, surus ad se redire consuevit.

72. **D**ecimo septimo. Infirmorum quoque cura, summoperè subditorum erga Superiores partem amorem, ac sincerum candorem, ut neglectus eorum, ac immissericordia, auerterit animos. S. Teresia quadam vice dixit Dominus, ut peculiarter velle, ut habeatur cura infirmorum, illa enim Prelata, quae non prouidebat infirmis necessaria: & alia pro earum solatio, erat similia amicis lob, quandoquidem dum sua Maiestas mittebat illis afflictiones pro bono animarum earum, Prelata exponebat pericula illarum patientiam: non prouidendo nimicrum infirmis, id, quod & necessitas & solatium illarum exigebat.

Preluxit exemplo S. N. Fundator. Nam, ut scribit